

/ 1) Beatissimo Padre

Joannes à Luneburg, filius Principis de Luneburg, sed naturalis, qui fuit alumnus in collegio Germanico, et dispensatus ad ordines sacros, petente bonae memoriae Card/li Paravicino, presbyter factus: 5 humillime supplicat S/ti V. ut dignetur eum dispensare ad beneficia, etiam curata, et ad dignitates et praeposituras. Quamvis enim in aliq uibus ecclesiis Germaniae non admittantur illegitimi dispensati, tamen in multis admittuntur. De doctrina et moribus ejus testimonium dare poterit Pater Bernardinus Castorius Rector collegii Germanici.

---

10 33) Joannes à Luneburga, olim alumnus collegii Germanici, et nunc praepositus Monasterii S/tae Mariae Magdalenae, laborat quantum potest in reducendis haereticis ad fidem catholicam, concionibus habendis et confessionibus audiendis; sed multum impeditur fructus laborum ipsius ex eo quod non habet facultatem legendi libros haereticorum, et absolvendi ab haeresi; ideo supplicat S/ti V. humillime pro 15 utraque facultate.

---

2) Beatissime Pater

Joannes à Luneburg presbyter Germanus, et olim alumnus collegii Germanici, humiliter petit facultatem legendi libros haereticorum, 20 et absolvendi ab haeresi, sine qua facultate parum, aut nihil proficere se posse videt in exercenda functione sua. De ejus sufficientia testimonium reddere poterit P. Bernardinus Castorius Rector collegii Germanici.

---